UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXV. de statu Monachorum & Canonicorum Regularium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

De Statu Monachorum & Canonicorum Regularium.

TIT. XXXV.

Agitur hic de ſtatu, conditione, vi moribus Monachorum & Canoni rum Regularium, nomine *Statu* cialiter & ſtricte accepto pro condi ne vitæ immobili, qua religioſi ſuis perioribus, & Regulæ, quam pro ſunt, obſtringuntur.

1. *Quid ſtatui Monachorum & Canonicorum Regularium potisſimum convenit?*

ILlud inprimis, ut Regulam, quam pro feſsi ſunt, diligenter obſervent, & præ cipue caveant contra tria illa, quæ re runt, ad ſubſtantiam Religionis re ta, Obedientiam, Caſtitatem & Pauper
cap.6.h.t. tatem: ne quis quid proprii quoquo m do poſsideat, alias ejiciendus e mona
cap.24.& d.c. eod. rio, & mortuus privandus ſepultura, ſepultus in loco ſacro de ipſa pro dignus Eccleſia.

(Votum caſtitatis ſive "continentiæ per nec divino convenit mandato, nec a qu ſervari poteſt. (*add. Carpzov. Jurispr. ſiſtor. l. 2. def. 272.*) Similiter nec votum pa tatis admittendum: cum mandato Dei haud

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

guat. Non enim demonſtrari poteſt ex Sacra Scriptura, quod propria bona deſerenda ſint alia ex cauſa, quam ex neceſſitate tempore perſecutionis: ſtatu itaque Monachorum & monialium, uti ſe habet apud Pontificios, non venit approbandus. Vid. Confeſſ. Auguſtan. *art. 27. de Stat. Monachor.* ibique Commentatores Georg. Mylius, *Controv.* 6. Alb. Grauerus. *in præf.* Joh. Gerhard. *Confeſſ. Catholic. lib. 2. part. 2. artic. 7. cap. 1. & ſeq.* Marc. Anton. de Domin. *de repub. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 12.* Georg. Caſſand. *Conſult. de artic. religion. inter Cathol. & Prot. Controv. artic. 25.* ibique Hugo Grotius *in annotat.*)

2. Non licebit ergo Monacho habere peculium aliquod?

Nullo modo; niſi permittente Abbate; pro injuncta ei rerum adminiſtratione, non etiam proprietate tenus, quia ea ſe ſpoliavit per ſolemne votum paupertatis.

d. c. 2. h. t.

3. In quo, quod ad ſtatum attinet, differunt Monachi a Canonicis regularibus?

Quod Monachi ſint, qui ſolitariam profitentur vitam, a populo omnino ſemotam, ſecundum etymologiam nominis. Monachus enim Græce, dicitur Latine ſingularis: Canonici vero Regulares non ſolitariam profitentur vitam, ſed Regulæ inſerviunt laxiori. Idcoque Eccleſiis parœcialibus præfici poſ-

Can. placuit. XVI. q. 1. c. 5. verſ. Licet. h. t. d. c. 5. & c. 2. in pr. h. t. can. Si quis diſt. 58. vid. Conc.

ſunt; Monachi non item, niſi in nec[...]te, ex permiſſione Prælati.

Trid. ſeſſ. 14. c. 11. c. 2. h. t. n. 6.

4. In quibus præterea conſiſtit ſtatus [...]larium?

Clem. 1. eod. c. 6. verſ. in refectorio h. t. & ibid. Abbas in c. ad noſtram ſup. de appell.

Ut non vagentur, ſed in Monaſ[...] ſuis maneant; ad quod tamen [...] obligantur Moniales quam Monach[...] non habitent ſoli, ſed in Convent[...] cum Fratribus. Ut in veſtibus [...] modum & honeſtatem: in victu [...] neant ab eſu carnium, niſi a tanto [...] pore, de cuius initio non ſit mem[...] fuerit receptus uſus veſcendi carnib[...] Monaſterio aliquo, aut alias juſta [...] ſubſit uſum illum permittens. De[...] ut non ſolum obſervent regulam, [...] ſunt profeſſi, verum etiam ſtatuta [...]nis, quæ poſtea adjecta fuerint [...]mationemque, licet ea fiat per ſolu[...]batem ſeu Prælatum, idque vi voti [...]entiæ per eos præſtiti.

Dd. in c. ſua pro eo ſup. de regularibus.

(Abſtinentia ab eſu carnium, quæ a M[...]chis hic exigitur, Sacræ Scripturæ non [...]ſentanea. Vid. *Epiſtol. ad Coloſſ.* 2. Aug[...] Confeſſ. art. 16. ibique Comment. Mylius, [...]uerus.)

De Religioſis domibus, ut Epiſco[...] ſint ſubjectæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN